TECHE UDINE

MANOSCRITTI

FONDO JOPPI

Manoscritto n. J_MSS_0571

I manoscritti che compongono compongono il fondo, assieme alle migliaia di testi a stampa - compresi rari incunaboli e cinquecentine - il Fondo Joppi, sono quasi esclusivamente di interesse friulano. La raccolta si è formata nell'arco di una sessantina di anni grazie alle ricerche di Vincenzo ed Antonio Joppi.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine - Inventario dei manoscritti del Fondo Joppi
https://www.techeudine.it/fondo-joppi
https://www.sbhu.it/

571

Padova 1620. 2 Marzo.
Diploma di Dottore in Teologia
al Rev.do Cristoforo de' Cristofoli
figlio di Leonardo di Aviano;

IN CHRISTI NOMINE AMEN

VNIVERSIS & singulis præsens hoc publicum Doctoratus Priuilegium visuris, lecturis, seù legi audituris PAVLVS GVALD. Vincen-

Vincentinus Archypresbiter Patauinus, et in Episcopatu Paduę Ill.mi, & Rev.mi D. D. Marci Cornelij Dei & Apostolicę sedis gratia Episcopi Patauini, Comitisq. Saccensis, nec non Generalis Priuilegiati, antiquissimi, ac celeber.mi Gymnasij Patauini Apostolici Cancellarij dignissimi, Vicarius Generalis, salutem in eo, qui est omnium uera salus. Antiqua extat consuetudo à maioribus nostris laudabiliter obseruata, quę in hodiernum usque diem uiget & pollet, ut qui se diuinarum scientiarum, et studijs deuouerunt, in illisq. multam, ac diuturnam operam posuerunt, tandem in Doctissimorum Virorum cœtu honorum titulis exhornentur; sanctissimus quidem mos, optimaq. ratione constitutus, nam iuri, et rationi consonum est, qui summis lucubrationibus

nibus, ac laboribus optimisq; Sacræ
Theologiæ studijs incubuerunt, laurea
tandem corona insigniti uirtutum sua-
rum fructum gloriosum triumphum conse-
quantur. Notum proinde omnibus esse uo-
lumus, & harum serie fidem facimus, quòd
die infrascripta datarum præsentium
Nos Vicarius antedictus authoritate præ-
fati Ill.^mi, & Reu.^mi D.D. Episcopi ex sua
Pontificali dignitate competente tàm ex
antiqua, et approbata consuetudine studij
Patauini, quàm uigore Priuilegiorum
felicis recordationis D.D. VRBANI, IV.
CLEMENTII, VI, & EVGENII, IV sũ-
morum Pontificum, qua fungimur in hac
parte; in loco solito conuocata coram no-
bis, & more consueto congregata celeberri-
ma Vniuersitate admodum Reuerndorũ
DD. Decani, Magistrorum, et Sacræ pa-
ginæ lectorum dicti Celeberrimi studij
Pata-

Pañanon Ill.rem & Admodum Reu.m
D. CHRISTOPHORUM de CHRIS-
TOPHORIS Forouthiensem de Auia
no Filium D. LEONARDI; qui post
longa studia, et meditationes, uariaq;
eius probitatis, & eruditionis documenta.
fidem Catholicam uerbis, iuxta Bullę bonę
memorię PII PAPE IV tenorem conce-
ptis, palam, et solemniter coram nobis pro
fessus est, à Premotoribus suis adductum,
et nobis oblatum ad subeundum suum ri-
gorosum examen, punctisque ei dat moris
est in sacra Theologia preassignatis, fecimus
coram Nobis & admodum Reu. D. Decano,
et alijs predicti sacri Collegij Doctoribus,
et Magistris, ibidem existentib. diligenter
& rigorosè examinare, qui autem in hu
iusmodi examine sua puncta assignata..
magistraliter recitando, argumenta quęcu
què, et dubia omnia, et quaslibet questiones,
et oppo-

oppositiones quamuis arduas, et obscu ras sibi factas ordinate replicando, et. ampliando, ac clarè soluendo tam bene, docte, honorifice, laudabiliter, magistra liter, et excellenter segessit, talemq, ac tan tam ingenij, memoriæ, doctrinæ, cætera rumq, rerum, quæ in consũmatissimo Theologo requiri solent, uim ostendit, ut magnam sui expectationem, quam apud omnes concitauerat non solum substinuerit, sed etiam longe superauerit, et ob eam rem ab omnibus Excellentis simis, et Reu.dis dicti sacri Collegij Docto ribus ibidem VNANIMITER *et* CON CORDITER, CVNCTISQ. SVF FRAGIIS, AC EORVM NEMINE PE NITVS, ATQ. PENITVS, PENITVSQ. DISCREPANTE, AVT DISSENTIẼ TE, NEC HÆSITANTE QVIDEM *Idoneus, et sufficientissimus Theologus*

extitit

extitit iudicatus, sicut ex eorum uotis se=
creto in scrutinio Nobis inscriptis porre=
ctis euidenter constitit. Nos itaque An-
tiquam sequentes consuetudinem, et Pri
uilegiorum sententiam Patauini Gym-
nasy, habita ratione scientię, dicendi
facultatis, methodi interpretandi, morū,
ac uirtutum, quorum omnium certissimū
specimen {exploratus, & pertentatus} de-
dit: de consilio, et sententia omnium ex
cellentissimorum & Reuerendorum prædi
cti sacri Collegy Doctorum presentium,
ac instantium, pro tribunali sedentes
eundem Ill^mum^ et Admodum R^dum^ D.
CHRISTOPHORV̄ DE CHRIS-
TOPHORIS. Virum quidem Doctissi
mum in CHRISTI Nomine approba-
uimus, & approbatum esse uolumus;
pronunciantes, et declarantes, eum esse
optime habilem, idoneum, ac dignum
munere,

munere, dignitate, officio, et honore Do
ctoratus in sacra Theologia, Ipsumque
continuo sacre Theologiæ Doctorem, et
Magistrum fecimus solemniter, & cre-
auimus, sibi tamquam idoneo, ac optime
digno, et hac promotione, et uirtute di
gnissimo, dantes, et concedentes potesta-
tem Cathedram Magistralem ascēden
di, ut in sacra Theologia de cetero legē
di, repetendi, consulendi, docendi, dispu
tandi, glossandi interpretandi questiones
terminandi, scholas regendi, Baccalaure
os constituendi omniaq̀ alia faciendi,
et Exercendi Patauij, et ubique locorum,
et terrarum, que ad sacre Theologie
Doctores, et Magistros quomodolibet,
pertinere noscuntur, & de cetero uti,
et gaudere possit omnibus, et singulis
priuilegijs, prerogatiuis exemptionib,
immunitatibus, libertatibus, concessio-
nibus,

nibus, honorib⁹, fauorib⁹, gratijs, et indultis alijs quocunque nomine censeantur, quibus Romanę Curię, Parisiensis, salmaticensis, Lapiensis, & Bononiensis studior. Doctores, et Magistri sacrę Paginę, qui suos actus magistrales perfecerunt, et quibusuis Apostolices, et Imperialib⁹, seù alijs Ecclesiastici, uel tempolalibus concessionibus, aut indultis alijs quibuscunq. gaudent, & utuntur; uti, et gaudere possunt, ac poterunt quomodolibet in futurum, iuxta formam, continentem, uim, ac tenorem priuilegiorum Apostolicorum à memoratis olim summis Pontificibus huic inclyto studio, almoq. Patauino Collegio concessorum absolutè. Quibus ita gestis, ac declaratis Excellentissimus, & Reuerendus sacrę Theologię Doctor PR. MR. PHILIPPVS de FABRIS Fauentinus Sacrę Theologię in uia Scoti interpres Pro

motor

motor eius in sacra Theolog.ª prò se
ipso, & pro admodum R. R.ᵈ P. P. sa
cræ Theolog.æ Doctoribus, videlicet P.
MRO OCTAVIANO STRAMBI
ATO Rauennate in via scoti Meta-
phisicam docente, Pre Mro BENEI
CTO BOVIO Feltrensi in via S.
Thomæ Metaphisicam explicante, et P.
Mro INNOCENTIO FLORINO
in primo loco logicam interpretante per
suam luculentissimam orationem peten
tem, et acceptantem consuetis ornamen
tis Doctoralibus ibidem insigniuit solem
niter, et decorauit, tribuit namq; ei sacræ
Theologiæ libros primo Clausos, mox, et
apertos, Anulumq; aureum digito ipsius
indidit, ac Biretum Doctoralem pro Co
rona capiti eius imposuit, pacisq; osculũ
eidem exhibuit, cum magistrali benedi
ctione, sic itaq; summa cum laude, ac
honore plurimo præfatus Admodum R.

P. eus.

Reu.^s et Exc.^mus D. CHRISTOPHORVS de CHRISTOPHORIS Ad summũ Doctoratus apicem sacre Theologiæ DEO fauente peruenit. In quorum fidem, & testimonium has nostras patentes Priuilegij literis, manu nostras subscriptas fieri, et prefati Ill.^mi et Reu.^mi DD. Episcopi sigilli, iussimus appensione muniri. Actum, et Datum Patauij in Episcopali palatio, Anno M.DC.XX. Indictione III. Die II. Mensis Martij Pontificatus autem sanctiss.^mi in CHRISTO Patris, et D.N.D. PAVLI PAPE V. Anno eius. XV. Præsẽtibus D. IO: BAPA BONOMINO Veneto; D. THEODORO RAVIGNANO Veronense, Phię, et Med.^e Doctore; et D. FRÃCISCO PELLICIA Foroiuliesi; unà cum D. ABBATE de ABBATIBVS Gemonensi Foroiuliensi D. SYLVESTRO BIRETTA Scledensi Vincentino, et D. ARSIDISIO OR-

ORSATTO Nobili Patauino; et alijs quamplurimis Nobilibus Viris in magna, et frequenti copia testibus ad premissa vocatis, et rogatis. = m = m =

L. D. O. M.

Paulus Gualdus Archipr. eccl[esi]ae Patauinae, et in episcopatu vicarius Generalis

Paulus Salamonius Cur. Episc. Pat. [illegible] [illegible] cancell.